que pedibꝰ metricis ꝯſtat. quam qui ab his ſcriptam intelligere non potuerit: multo certe minꝰ eam ipē faciet. Sed vbi pedū enumeratōez quam vulgo ſcanſionem nuncupāt ex prima quadam deguſtatōe adoleſcētes generoſi aſſecuti fuerint: relinquā deiñ ſyllabaꝝ noticiā ex frequēci poetarū lectōe planiꝰ ediſcent. Quapropter Virgilij carmina memorie mandent vt ad omnem ſyllabe quātitatem optimi poete auctoritate nitanᷣ et exemplo. Declamare aūt etiaz in his oportebit vt aſſiduitate pedū numerū etiaz ſolo verborū cantu annotēt. Deinde alia verſuuz genera ex his perdiſcent qui de ea re volumina ſcripſerūt vt nihil in hac vtiliſſima ſcientia intactum pretermēttant.

¶ Augur mancinellus Inclyto adoleſcenti Joanni michaeli de bonis augurijs clariſſimi viri Dominici filio vrbani quidez gymnaſij doctoris ſummi Salutem plurimam dicit.

¶ Augur romulidas inter celebrande michael
Laudibus innumeris ſpes decus aura meis
Calliope te noſtra petit chorus ipſe ſororum
Conſequitur. phebo percuciente lyram.
Has tu ſuſcipiens lauro redimitus ad altam
Parnaſi cyrphin illico doctus eris.
Hic ſacrum nectar libans dicere poeta
Aſcrei calamos calliopeia dabit.
His igitur poteris clari memoranda parentis
Plurima victuris tradere carminibus.
At quia permagna eſt genitori copia laudum
Deficient vires promere cuncta tibi.
Quid refert iacobus adeſt marcellus et alter
Eſt bernhardinus gloria romulidum.
Cantabunt igitur verſu quecunqꝫ decoro
Promere noluerit calliopeya tibi.

SLUB Wir führen Wissen. GÖRLITZER SAMMLUNGEN OBERLAUSITZISCHE BIBLIOTHEK Uniwersytet Wrocławski